

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6235

Auteur(s) : La Bonneville-sur-Iton, Notre-Dame de La Noë (abbaye)

Bénéficiaire(s) : Les Préaux, Saint-Pierre de Préaux (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1210-1211, 20 février]

Action juridique : règlement conflit

Langue du texte : latin

Analyse

L'abbé de La Noë, les prieurs de Beaumont et de La Noë, délégués par le pape pour juger le différend opposant les moines de Préaux et Luc de Pont-Audemer, chanoine de Rouen, desservant de Saint-Sanson d'Étreville, notifient l'accord intervenu entre eux : Luc de Pont-Audemer a reconnu en leur présence que, comme c'était le cas quand il a reçu l'église Saint-Sanson, hormis les trois deniers du baptême, des visites aux malades et celui que l'on offre le dimanche avec le pain à bénir, les prières privées et les legs, qui reviennent au prêtre, les moines de Préaux possèdent la moitié de l'autelage, des dîmes du lin, du chanvre et de toutes les menues dîmes de Saint-Sanson d'Étreville, de sorte qu'ils seront tenus d'acquitter la moitié des charges dues à l'archevêque, l'archidiacre et le doyen, le desservant acquittant l'autre moitié.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Müller Harald, *Päpstliche Delegationsgerichtsbarkeit in der Normandie*, 12. und frühes 13. Jahrhundert, Bonn, Bouvier, 1997, 2 vol., t. 2, p. 332-333, n° 194.

b. Rouet Dominique, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, Paris, Éditions du CTHS (Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, section d'Histoire et de Philologie des civilisations médiévales ; série in-8°, 34), 2005, n° B132, p. 362-363.

Indications

Canel Alfred, *Essai historique, archéologique et statistique sur l'arrondissement de Pont-Audemer*, Paris-Brionne, Vimont, 1833-1834, 2 vol., t. 2, p. 167. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 63.

Dissertation critique

D. Rouet propose : [...1210-1211, 20 février]. Sur la datation de cet acte, voir ROUET, Cartulaire de Saint-Pierre-de-Préaux, n° B132, p. 363.

Texte établi d'après b

Universis sancte matris Ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit, . . . abbas de Noa, . . . de Bello Monte et de Noa, priores, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod, cum causa que vertebatur inter abbatem et conventum Sancti Petri de Pratellis ex una parte et Lucam de Ponte Audomari, canonicum Rothomagensem, ex altera super medietate altalgii lini, canabi et omnium minutarum decimarum ad ecclesiam Sancti Sansonis de Esturvilla pertinentium, exceptis tribus denariis, videlicet de baptismo, de visitatione infirmorum et illo qui

offertur die dominica cum pane benedicendo et legatis et privatis orationibus, que fient sacerdoti, nobis fuisset a summo pontifice delegata sive canonico terminanda, partibus in presentia nostra constitutis, dictus Lucas, canonicus Rothomagensis, in iure confessus est coram nobis dictam medietatem altalgii et minutarum decimarum dicte ecclesie de Esturvilla, super quibus controversia coram nobis inter eos vertebatur, ad dictos abbatem et conventum de Pratellis de iure pertinere et dictos abbatem et conventum eandem medietatem altalgii et minutarum decimarum, antequam ipse L(u)cas prefatam ecclesiam de Esturvilla haberet et etiam postquam habuit aliquamdiu pacifice possedissee. Ita tamen quod dicti abbas et conventus medietatem omnium onerum ad archiepiscopum, archidiaconum et decanum pertinentium persolvere tenentur, presbiter vero alteram medietatem. Unde nos, habito prudentum virorum et jurisperitorum consilio, predictam medietatem altalgii et minutarum decimarum ecclesie de Esturvilla prefatis abbati et conventui auctoritate apostolica adjudicamus persolvendo. Ne igitur quod rite et sollempniter factum est aliquo tractu temporis possit in dubium revocari, id ipsum presenti scripto et sigillorum nostrorum munimine dignum duximus confirmandum.